

gla

E libris
gymnasio Mauritano Magdeburgensi
a venerabili
Carolo Funk
theol. doctore et gymnasii direttore
a. 1857 hereditate relictis.

G. f. 171.

28

VIRIS
MAGNIFICIS, SVMME VENERANDIS
AC DOCTISSIMIS,
DOMINO
CHRISTOPHORO AVGVSTO
HEVMANNO,

S.S. THEOL. DOCTORI, EIVSQVE ET HIST. LIT. PROFESSORI PVBLICO
CELEBERRIMO,
PRO-RECTORIS MVNERE DECEDENTI,
NEC NON

DOMINO
MAGNO CRVSIO,

S. S. THEOL. DOCTORI, EIVSQVE PROFESSORI PVBLICO
MERITISSIMO,

ACADEMIÆ GEORGIE AVGVSTÆ
NOVO PRO-RECTORI MAGNIFICO,

DOMINIS, PATRONIS AC FAVORIEVS

SVIS PIE COLENDIS,

CVM ALTER ALTERI FASCES TRADERET,

ILLI SVMVM MAGISTRATVM SVMMA CVM LAVDE ET HONORE GESTVM,

HVIC SVMMAM DIGNITATEM ET AVCTORITATEM,

RECTORIS MAGNIFICENTISSIMI

IVSSV, IAM COLLATAM,

VTRIQVE NOVVM SIMVL ANNVVM,

OFFICIOSE ET SVBMISSÆ GRATVLTVR

M. CHRISTOPHORVS LVDOVICVS OBBARIVS,

FAC. PHILOS. ADIVNCTVS.

GOTTINGÆ
LITTERIS HAGERIANIS.

AK



Turcis haud tergo, sed forti pectore noti
MunchI, militiae summi ducis, acris in hostes,
Chotimiae vincentis agros, heroica facta
Laudibus ingeminent, quibus major favit Apollo.
Ast ego collaudabo viros pietatis amantes,
Qui, missis vetitis, sancte mandata benigna
Ut servent, nitidi coeli terraeque Satoris,
Et peragant incepta beate, corde laborant.
Numinis agnitio est firmum fundamen amandae Tit. II. 12.
Virtutis, quod sit simplex Trinum et tamen Vnum.
Notitiam hanc puram sequitur fiducia constans
In Numen, subito sequitur propensa voluntas,
Quae sancti cultus ritum conservat et ornat.
Tunc sincera fides Numen veneratur adorans.
Sic fuit innoeiusque Deo fidissimus Abram.
Non fruges fructusque vagi sine lumine solis

Crescunt, sic pietas simulantis friget t alget,
Deficiente fide, fucata. Ad fidera pllo
Alta viros etiam, quibus est moderato casta.
Nobilis hæc virtus omnes partes regit erga
Nos ipsos, ratione caduci corporis aque
Ac animi. Facit et parcos, tacitosque pudicos
Mortales. Motus animi moderatur iniquos,
Multiplicat cordis ferventis vota que sancta.
Lædere non possunt mentem infortunia dura
Iosephi, nulli vera pietate secundi.
Respice et Æneam, per longa pericula fortem,
Illæsus qui per flammam vadebat edaces,
Cum foret illius cervix subiecta parenti.
Nunc de illo dicam, qui iustitiam colit æquam.
Officia hæc virtus hominum generosa prendit
Erga vicinos, sine qua respublica firma
Corruit. Hæc virtus disrumpere foedera nescit.
Non promissa cadent huius unquam pondere verba.
Offendit nullum. Tribuit sua datque cuique.
Nil opibus rebusque suis fallaciter addit.
Non novit patrem et matrem, veracia novit,
Et tamen est lenis, facilis, comisque benigna.
Hocce modo ferme Ripheus iustissimus unus
Se gessit Teucrus. Recte sic itur ad astra.
Hæc merito pietas homini est tutissima virtus.
Hisce DEO placet ornatus virtutibus heros.

VOS sic, **MAGNIFICI DOMINI**, ac **SVMME VENERANDI**,
 Virtutum hac **DEVS** exornavit imagine vera.
Fama tulit dudumque ad sidera **Nomina VESTRA**;
 Ast pietatis amor incerae maxima laus est.
 Auspicio felici, **HEVMANNE**, Academica scepra
 Te gessisse, boni necum pariterque fatentur.
 Gratulor ergo **TIBI**, bene **TE** clausisse laborem.
TV vero, purae fidei defensor acute,
 Auxiliante **DEO**, **CRVSI**, jam suscipis illa
 Splendida scepra. **TVÆ** scapulæ exornantur amictu
 Purpureo. Hoc **TIBI** erit laudi. Virtutis amore
 Omnia vincendo servabis in ordine pulchro.
 Numen enim **TIBI** succurret, quod semper adoras,
 Et præfens omnes curas casusque levabit.
 Tandem, **MAGNIFICI**, currum flectente coruscum
 Iam **Phoebo**, votis etiam jungo mea vota.
 Omnipotens clemensque **DEVS** per tempora plura
VOS servet salvos! revocet per membra vigorem!
 Lætitia et dulci perfundat pectora **VESTRA**,
 Ut laudes **VESTRÆ** radiant, ut sidera cælo!



78 M 428

Sign. (188) fehlt bzw.
koll. nicht vergeben!




Sb.

1077

R.40





23

VIRIS
MAGNIFICIS, SVMME VENERANDIS
AC DOCTISSIMIS,
DOMINO
CHRISTOPHORO AVGVSTO
HEVMANNO,

...EIVSQVE ET HIST. LIT. PROFESSORI PVBLICO

CELEBERRIMO,

...ORIS MVNERE DECEDENTI,

NEC NON

DOMINO
NO CRVSIO,

...ORI, EIVSQVE PROFESSORI PVBLICO

MERITISSIMO,

...MIE GEORGIAE AVGVSTAE

...O-RECTORI MAGNIFICO,

...IS, PATRONIS AC FAVORIBVS

...SVIS PIE COLENDIS,

...TER ALTERI FASCES TRADERET,

...ATVM SVMMA CVM LAVDE ET HONORE GESTVM,

...IAM DIGNITATEM ET AVCTORITATEM,

...MAGNIFICENTISSIMI

...IVSSV, IAM COLLATAM,

...RIQVE NOVVM SIMVL ANNVVM,

...OSE ET SVBMISSIS GRATVLATVR

...HORVS LVDOVICVS OBBARIVS,

...FAC, PHILOS, ADIVNCTVS.

GOTTINGÆ

...TERIS HAGERIANIS.

